



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Methodvs Expeditæ Confessionis Tum pro Confessarijs, tum pro Pœnitentibus**

**Tamburini, Tommaso**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

De auditione Missæ, paragr. 1

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41773**

C A P V T IV.

Circa Tertium Decalogi  
præceptum.

§. 1.

*De auditione Missæ.*

¶ **Q**uando causa omis-  
sionis Missæ die festivo  
non est ex se mala: non necessa-  
riò esse in Confessione expli-  
candam, diximus capite primo,  
§. primo.

2 Rursus quando quis Missæ  
ex duplici præcepto interesse te-  
netur, nec tamen parer, qua ra-  
tione unum peccatum admittat,  
diximus eodem cap. 1. §. 16. nu-  
mero 98.

CA 3 Superest igitur hic solum  
quærere, an quando quis in  
Missæ de præcepto ita colloqui-  
tur,

tur, & confabulatur cum aliis, ut eos præveniat, ac provocet, duo peccata committat, alterum Missam ritè non audiendo, alterum alios ad idem peccatum inducendo. Respondeo, committere solum unum peccatum: quare satis est Confessario dicere, se in Missa prolixas confabulationes habuisse. Ratio est, quia illa malitia, licet non tam gravis, adest etiam, quando alios non prævenit, sed solum ad eorum præventionem colloquitur: adhuc enim participat cum aliis in peccato, causaque est cooperans ad illorum spiritualem ruinam: quare, quando aliquis alium jam paratum invitat (non tamen compellit) solum videtur gravius, sed contra eandem speciem peccare. Idem dicendum esse in aliis materiis similibus, docebimus infra suo loco c. 7. §. 4. n. 25.

§. 2. D